PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 18r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



poterat uel ipse dominari. Hunc ergo misit: ut eum sub ad se
celeritate perduceret. Perrexit puer: & pretuo spiritu pratum
uelociter ingressus est. omnisque illic intuens fenum secantes.
requisiuit quis nam esset equicius. Moxque ut audiuit quis
esset eum adhuc longe positus aspexit. & immenso timore
correptus cepit timere. seque ipsum nutanti gressu uix assescere
posse portare. Qui tremens ad dei hominem peruenit: atque
ulnis humiliter eius genua deosculans strinxit: suumque dominum
ei occurrisse nuntiauit. Cui resalutato: dei famulus precepit
dicens. Leua fenum uiride. porta pabulum iumentis
inquibus uenisti: ecce ego quia parum super est opere suppleto
te subsequar. Is autem qui missus fuerat iulianus defensor:
mirabatur ualde quid nam esset quod redire moraretur puer.
Cum autem reuertentem puerum uidit. atque in collo fenum
ex prato deferentem: uehementer iratus cepit clamare dicens.
Quid est hoc. Ego te misi hominem adducere: non fenum por
tare. Cui respondit puer. Quem queris ecce subsequitur.
Cum ecce uir dei clauatis calciatus caligis falcem fenariam
in collo deferens ueniebat: quem adhuc longe positum
puer suo domino quia ipse esset quem quereret indicauit.
Isdem uero iulianus repente ut uidit dei famulum ex ipso
habitu despexit: eumque qualiter deberet alloqui pretua
mente preparabat. Mox uero ut seruus dei cominus affuit.
eiusdem iuliani animum intolerabilis pauor inuasit:
ita ut tremeret. atque ad insinuandum hoc ipsum quo
uenerat uix sufficere lingua potuisset. Qui humiliato